



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Modi LX Sacrae Orationis variè Formandæ

Kojałowicz, Kazimierz Wijuk

Antverpiae, 1668

Modus XXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69292)

perdat inimicos eorum: *Regis*; ne aberrent mentem illustrando, & à deviis vitiis abstrahendo. Carmen igitur, in libro Generationis, cum tua natiuitate iustis.



MODUS XXXVII.

AD celandam artem Syllogisticam, major Syllogismi, loco suo subtrahitur: incipitque probatio, aut à ratione majoris, aut à confirmatione, aut à simili, exēplove: donec aptè circumductus, sermo; aut majorem omiffam, post ejus partes relumat: aut ad minorem & conclusionem annectatur.

P R A X I S.

In Feflo Affumptionis B. V. MARIÆ.

MARIA optimam partem elegit Luc. 10.

Accessus & propositio. Cum prædicta verba Dei-
paræ Virgini, hodie assumptæ, ita ab Ecclesia
accommodantur: ut meliorem partem elegiffe, cogitari non poffet, quin etiam cum altera MARIÆ,
fedens ad pedes Domini cogitetur: id porrò, nec
congruum fatis, hodiernæ folennitati, nec promptum intelligendo, cenferi poffe videtur, quomodo enim optima pars, quæ ad pedes humiliata? quomodo congrua gloriæ cælefti, quæ in terram ad-
ftrata? Cælum, cælum petunt oculi, cælum fufpi-
rat

rat animus, ut assumptam Virginem & Dominam suam comitetur. Valeat terra, dum mater, filios ad æthera provocat: valeant mundana, dum Regina cælorum, gloriosissimè apud superos triumphat. Utinam quàm id dicimus, tam sincere; & animo optemus, & opere præstemus, Intera ad id ipsum magis excitabimur, cum expenderimus. Qua ratione, congruè ad hodiernam festivitatem, Beata MARIA, optimam partem elegisse censerì possit.

Syllogismus.

Major, Qui locum maxime humilem eligit, optimam partem eligit. *Ratio*. Quia secundum mensuram humilitatis, mensuram gratiæ & gloriæ, Deus partitur.

Minor. Sed Maria Virgo, locum maximè humilem eligit.

Conclusio. Ergo MARIA Virgo, optimam partem eligit.

Confirmatio. à Ratione Majoris, post omissam ipsam majorem.

Secundum mensuram humilitatis cujusque, dona gratiæ & gloriæ à Deo obvenire, consentiens omnium, Deo carorum, sensus est. Edixit nimirum, ipsa suprema veritas, Matth. 23. *Qui se humiliat, exaltabitur*: unde & sequi necesse est, humiliationem & exaltationem paribus gradibus crescere: ut quanto quis magis descendit, tanto etiam magis ascendat: majorique gratia ac gloria dignus, efficiatur. Sublimiter D. Aug. lib. 20. *de civit. Dei* cap. 18. *de protoplasto. Cum esset limus, factus est*

N 5

Deus:

Deus: cum vellet esse Deus, factus est colonus. Scilicet Jacob 4. Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam, atque juxta Richardum de S. Victor, in c. 26. Cant. Humilitas, est locus gratiæ Dei: adeo, ut tantum sit capax gratiæ aliquis, quantum fuerit humilis. Quod si gratiæ, igitur & gloriæ. Nam exultabat ossa humiliata. Psal. 50. Longè sunt ab eo sensu ii, quorum vox Isai 14. habetur. Ascendam super nubium altitudinem. Sed quam longè ab eo sensu, tam longè à gratia & gloria: tam etiam propè ad illud baratrum, de quo propheta ibidem. Detracta est ad inferos superbia tua. Ita omnino, res se habet, quod casuri gravius, tollimur altius: sponte autem nostra depressi; gratia & gloria Dei, digni efficiuntur atq; partem, quam Evangelium Christi, optimam nominat, promeremur. Major omissa resumitur. Neque enim melius quicquam homini obvenire potest, quam gratum Deo vivere; ac deinceps, præmia Regni cælestis, promissa, obtinere, tantoq; id ipsum, melius est: quanto copiosius utrumque evenit, optimum etiam, si copiosissimum; quod solis humillimis sperandum.

Minor.

Quid hîc loquar? cum de Virginis MARIE humilitate dicendum est. Grande edictum, Andree Creten. Oratio: de Dormitione Deiparæ, Solius Dei est, pro dignitate laudare Deiparam, quod tantò certius hic asseruerim, quanto certior sum, quia ille est, qui respexit, & perspexit humilitatem ancilla

ancilla sua: fecitque, ut beatam illam dicerent omnes generationes, Luc. 1. veneror humilitatem Magdalenæ accumbentis ad pedes JESU, veneror & Petri, deprecantis Dominum: ut à se abiret: nemo tamen eorum, tam humilem locum elegit, quam sacratissima Deipara MARIA: ut ideo, consensu Theologorum, uno illo actu quo se in salutatione sui, Ancillam Domini nuncupavit, cum mater Dei, salutaretur: omnem aliorum humiliorum, excefferit humilitatem. Hoc enim de se sentire, non solum erat, ante pedes domini jacere: sed infra pedes creaturarum, propter Deum amatum se prosternere: atque adeo, à summo dignitatis gradu, ad infimum descendere, quid enim altius Dei matre? quid inferius, non jam libera, sed ancilla? placet pro merito, quod devotus ejus cultor asseruit. Mundus MARIANUS disqu. 22. n. 6. Mariā, dum illa verba humillima proferret, factum abyssum quandam inscrutabilem: & immensum quoddam vacuum, ad quod, Deus humilium amator inclinaret sed, non pro illo tantum momento talis fuit: verum nunquam alia, in oculis Dei vixit, meruitque,

Conclusio.

Ut optima pars ei obveniret: atque immensis gratiæ donis, dum viveret; & gloriæ muneribus, hodiernæ assumptionis die, repleretur hinc Richar! ubi supra, de ejus humilitate loquent sicut, inquit, *virtutem hanc perfectè & totā possedit: ita totam eam*
gratia

gratia implevit, totamq; decoravit. At Ildephon?
 Ser. 22. de assumpt. de muneribus gloriæ. *Sicut,*
ait, est incomparabile, quod gessit: & ineffabile quod
concepit: ita incomprehensibile præmium gloriæ, quod
meruit, silent Geometræ ex planta seu pede mo-
 lis, ejus metiri altitudinem. Liceat & nobis, ex
 hac veluti planta & pede, secus quem sedens MA-
 RIA hodie describitur; hoc est, ex ejus humilitate,
 metiri ejus altitudinem. At, id quoque impos-
 sibile est, cum utrumque satis capi non possit: illud
 ergo dixisse sufficiat: quod quemadmodum humi-
 litate descendit, ad infimos pedes; ita gloriâ ascen-
 dit, ad supremum caput, scilicet Christum, quemad-
 modum ab Apostolo nominatur. ad Ephes. 1. & ad
 Colos. 2. Non est enim in terra, neque in cælo tam
 veneranda, tam sublimis dignitas secundum Chri-
 stum, caput nostrum, atque MARIÆ. 1. Caput
 est Christus, omnium creaturarum: propter excel-
 lentiam, naturæ humanæ, conjunctæ cum Divinæ;
 proxima secundum hoc caput, dignitate D. Virgo
 conjunctionis tantæ, mirabilis artifex, mater Dei
 & hominis dignissima. 2. Caput est Christus,
 proptet excellentiam imperii: est enim ex vi natu-
 ræ, Dominus ac Rex cæli, & terræ: proxima secun-
 dum Christum Dominum, Diva Virgo MARIA:
 est enim naturæ jure, Domina ac Regina omnium.
 3. Caput est Christus, quia est principium, & cau-
 sa prædestinationis electorum: proxima secun-
 dum Christum, D. Virgo MARIA: quia neminem
 vult Deus salvari, nisi per illam. 4. Caput est Chri-
 stus, proptet excellentiam sanctitatis, quia impecc-
 cabilis

cabilis fuit; proxima secundum Christum, D. Virgo MARIA: quia nec originali, nec actuali peccato, singulari prærogativa subjecta. 5. Caput est Christus, propter gubernationem Ecclesiæ; proxima secundum Christum, D. Virgo MARIA: à qua inmensa bona, continuò profluunt in Ecclesiã. Sic, humillimè demissa, altissimè elevari meruit: atque optimam partem, possidere. *Quicquid post Deum pulchrius*, Bonaven. in Speculo. *Quicquid dulce, quicquid jucundum in gloria est, hoc MARIA, hoc in Maria, hoc per MARIA Mest.* Sit ei, ac imprimis ejus filio, honor & gloria.



MODUS XXXVIII.

Non Syllogismo modo, sed & uno Enthymemate, integra constituitur Oratio: antecedente pariter & consequente propositione probata.

P R A X I S.

Dominica in Albis.

Stetit IESUS in medio & dixit: Pax vobis.

Joan. 20.

Accessus & Propositio. *O quam desiderabile nomen Pacis! quam religionis Christianæ, stabile fundamentum! & altaris Dominici, celestis ornatus!* inquit